

Ego Deus-dedit Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Damaso fs.
Ego Rossemannas Cardinalis Diaconus S. Georgii ad velum aureum fs.
Ego Comes Diaconus Cardinalis S. Marie in Aquiro fs.
Ego G. G. Diac. Card. S. Angeli fs.
Ego Romanus Diac. Cardinalis sancte Marie in Porticu fs.
Ego Stephanus Card. S. Marie Scholæ Grecæ fs.
Ego Jonathas Diac. Card. SS. Cosmæ & Damiani fs.
Ego G. G. Diac., & Cardinalis SS. Sergii & Bacchi fs.
Ego Joannes Diaconus sancti Nicolai ad carceres fs.
Ego Ubertus Diaconus Cardinalis sancte Marie in Vialata fs.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Lucie fepem Solii fs.
Ego Angelus Diaconus Cardinalis S. Marie in Dominica fs.
Ego Gregorius Diac. Card. S. Viti fs.
Ego Mattheus Diac. Card. S. Andriani fs.
Datum Laterani per manum Guidonis Romanæ Curie Camerarii, VIII. Id. Aprilis, Indictione I. Incarnationis Dominicæ anno MCXXIII. Pontificatus autem Domni Callisti II. Papæ anno V.

Dat. die 6. Aprilis anno Domini 1123. Pontif. anno V.

Ex Chiffletii Historia Treveriana.

XXXI.

Compositio Controversiarum, vertentium inter Canonicos S. Johannis, & S. Stephani Bisuntinæ civitatis; & Monitorium contra Canonicos S. Stephani, ut privilegium, per eosdem a Paschali PP. obreptitiè extortum, reddant sub poena excommunicationis.

Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis B. Johannis Evangelistæ Canonici, salutem & apostolicam benedictionem.

Discordiam, quæ inter vos, & Canonicos sancti Stephani, longo jam tempore perduravit, a nobis, in præsentia fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium, tali noveritis sine conclusam; ut videlicet in vigiliis festivitatis Inventionis Corporis S. Stephani ad vesperras, Canonici S. Johannis ad Ecclesiam B. Stephani cum processione pergant; & in crastino ejusdem Inventionis unum modium vini, & carnem unius vaccæ, vel quatuor bisuntinæ monete solidos, ex Canonicis Ecclesie loci accipiant. Clerici etiam S. Stephani, in vigiliis S. Johannis ante portam Latinam, ad vesperras ad sanctum Johannem veniant. Decanus vero sancti Stephani hominum semper Archiepiscopo faciat, & per manum ejus Archidiaconatum de Dola & Amos perpetuo jure obtineat. Candelæ etiam, quæ in exteris claustris domibus Canonicis sancti Johannis a Canonicis S. Stephani antiquitus præbebantur, nisi per quadraginta continuos dies post Inventionem, & alios quadraginta dies post dedicationem altaris B. Stephani, alio tempore non solvantur. Et cetera, quæ mittebatur vindemiis.

Laufannensis pagi, deinceps non solvatur, sex autem libræ cere in sabbato sancto Paschæ sancti Joannis Thesaurario persolvantur; & in Purificatione sancte Marie singulis Canonicis sancti Johannis, qui ad processionem venerint, cerei singulis tribuantur. Et etiam candelæ solito more ad cellarium, dum vinum Cononicorum commune fuerit, singulis noctibus persolvantur. Ceteræ etiam consuetudines, tam a clericis sancti Johannis, quam a clericis sancti Stephani, in spiritualibus & in temporalibus, irrefragabiliter observentur. Privilegium sane, quod a Domino nostro sancte memorie Paschali Papa de maternitate factum est, Canonici sancti Stephani Anferico Bisuntino Archiepiscopo, vel Laufannensi Episcopo reddant, usque ad proximas Apostolorum Petri & Pauli octavas. Si quis ergo contra hoc mandatum nostrum, vel privilegium retinere, vel pacem hanc infringere attentaverit, tamquam reus, & sacrilegus, & pacis ecclesiasticæ perturbator, excommunicationi subiaceat: & in locis, quibus fuerit, quandiu ibi permanserit, divina non celebrentur officia, quousque ad ejusdem pacis redeat unitatem. Qui vero conservator extiterit, omnipotentis Dei, & Apostolorum ejus Petri & Pauli & benedictionem & gratiam consequatur. Amen.

Calixti PP. subscriptio.

EGO CALIXTUS Catholicæ Ecclesie Episcopus, Datum Laterani, per manum Hugonis sancte Romanæ Ecclesie Subdiaconi, VIII. Idus Aprilis. Indictione I. Incarnationis Dominicæ anno MCXXIII. Pontificatus autem Domni Callisti II. anno V.

Dat. die 6. Aprilis anno Domini 1123. Pontif. an. v.

XXXII.

In Idem Argumentum.

Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei; dilectis fratribus & filiis, suffraganeis Episcopis, & Abbatibus, per Bisuntinam provinciam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Ibidem

Postquam nos in Apostolicæ Sedis ministerium, disponente Domino, promoti sumus, Bisuntinæ Ecclesie beati Johannis Evangelistæ Canonici sepe suam coram nobis querimoniam protulerunt super controversia illa, quæ inter ipsos, & beati Stephani Canonicos diutius agitur. de Episcopali videlicet cathedra, & matricis Ecclesie dignitate. Et nos itaque utramque partem secundò ad nostram præsentiam convocavimus. Sed cum beati Johannis Canonici ad nos juxta mandatum nostrum venirent, beati Stephani Canonici se sine excusatione qualibet subtraxerunt. Tertia tandem vice terminum utrisque in beati Lucæ festivitate statuimus. Et quidem prædicti beati Johannis Canonici nostro se conspectui, justitiam parati facere & recipere, obtulerunt; verum Canonici sancti Stephani neque ad nos venerunt, neque pro se excusationem quamlibet prætenderunt. Quamobrem nos ex communi fratrum nostrorum Episcoporum, & Abbatum, qui nobiscum erant, consilio, apostolica auctoritate statuimus, ut jam dicta B. Johannis Ecclesia omnem Episcopalis Sedis, & ma-

& matricis Ecclesie obtineret in posterum dignitatem, quam antiquis dinoscitur obtinuisse temporibus. Unde beati Stephani Canonici per scripta nostra præcepimus, ut illud nobis maternitatis privilegium redderent, quod a Domino prædecessore nostro sancte memorie Paschali Papa per mendacia, & fraudis versutiam surreperunt. Rogamus igitur dilectionem vestram, monemus atque præcipimus, ut prædictam beati Johannis Ecclesiam, matrem vestram omnimodis cognoscatis, & obedientiam ei ac reverentiam humilitate debita impendatis. Nos enim idcirco hoc fecimus, quia & totius rei veritatem nostris visam oculis plenius novimus. & ratio id poterat, & quia beati Stephani Canonici, tertio vocati venire ad iudicium contempserunt. Datum Tarenti, IV. Idus Novembris.

XXXIII.

Ex Tom. 7. Ital. Jac.

Monasterium S. Georgii in partibus Venetiarum soli Apostolicæ Sedi subiectum declaratur, ejusque bona omnia confirmantur.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Tribuno Abbati Monasterii sancti Georgii, quod in Venetiæ partibus situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

PLÆ postulatio voluntatis affectu debet prosequente compleri, quatenus & devotionis sinceritas laudabiliter emittat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua reverendissime in Christo filii Tribuni Abbas, ad Apostolicæ Sedis portum confugiens ejus tuitionem humilitate debita requisivit, nos supplicationibus tuis clementi benignitate impartimur assensum, & beati Georgii Monasterium, cui auctore Deo præfides, Romanæ Ecclesie patrocinio communimus: Per præsentem enim privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut locus idem sub beati Petri tutela & protectione liber in perpetuum conservetur. Nec Patriarcha, nec Episcopus, nec persona qualibet ecclesiastica secularisve præsumat te, vel successores tuos ad concilium cogere: aut in vos, vel Monachos vestros excommunicationis, seu etiam interdicti sententiam promulgare: in Monasterio ipso quicumque præter vestram voluntatem statuere, aut Monachos vestros excommunicatos, sive egestos, vel fugitivos absolvere, aut suscipere, vel sine tuo, tuorumque successorum consensu ad ordines promoveri. Porro universa quælibet, quæ aut in præfenti legitime possidetis, aut in futurum, largiente Deo, juste atque canonicè poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat idem Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Christna, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad Bull. Rom. Tom. II.

Monasterium soli Apo. Sedi subiectum.

Et ab omni Episcopi, vel Patriarchæ jurisdictione exemptum, & declaratur.

Ejusdem loci omnia confirmantur.

Cum decreto perpetuo exemptionis a quovis que persona molestia.

Sacramenta vero ab Episcopo loci accipienda esse statuuntur.

facros fuerint Ordines promovendi, a Dicecetano accipietis Episcopo, si quidem gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habuerit, etiam si ea gratis, ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, pro eorumdem sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, Antistitem ad-eatis, qui Apostolicæ Sedis fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat. Obeunte vero te, nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii senioris secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Ad indicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis, aureos duos quotannis Lateranensi Palatio solvetis. Si quis igitur in futurum Patriarcha, Archiepiscopus, vel Episcopus, aut ecclesiastica quælibet secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Abbas vero electionem per solos Monachos peragendam.

Census annuus Lateranensi Palatio persolvendus.

Solita claritas.

Callisti PP. subscriptio.

EGO CALIXTUS Catholicæ Ecclesie Episcopus, Datum Laterani per manum Aymerici sancte Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, VIII. Idus Maii. Indictione I. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXIII. Pontificatus autem Domni Calixti II. Papæ Anno V.

Dat. die 8. Maii anno Domini 1123. Pontif. anno V.

XXXIV.

Monasterium S. Marie Glastonien. Dicecesis sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur, eique bona omnia, & donationes confirmantur.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, dilectissimo filio Sigfrido Pelochino, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Willelmo Malmeburij de antiquitate Glastonien. Ecclesie inter script. Hist. Britanniæ &c. per Thomam Galea Tom. 2. pag. 334.

Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Quamobrem nos, fili in Christo carissime, postulationis tue desideriis benignius annuentes, beate Dei Genitricis, & gloriose semper Virginis Marie Monasterium, cui annuente Deo præfides, in Ecclesia Romana tutelam, protectionemque suscipimus; & contra hominum perverforum molestias ejus privilegio confavimus. Per præfentis enim decreti paginam auctoritatemque statuimus, ut quæcumque ab Apostolicis Archiepiscopis, Regibus, & Principibus, aliisque fidelibus, vestro Monasterio largitione legitima collata sunt, quietæ ei, & integra conserventur. Quæcumque præterea futuris temporibus justè, canonicèque acquirere, Domino

Monasterium sub tutela Sedis Apostolicæ recipitur.

Confirmantur donationes omnes tum factæ, tum faciende eidem.

Omnimoda conceditur exemptio ab omni molestia.

Solita clausula.

Dat. die 17. Maii an. Domini 1123. Pont. anno V.

largiente, poteritis, firma tibi successoribusque tuis, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium penitus perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & conservatione collata sunt, modis omnibus usibus profutura. Si qua autem ecclesiastica secularive persona in futurum, hanc nostrae Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, & in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae retributionis inveniant.

Data Lateranis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Cancellarii. Idibus Maii, Indictione prima, Incarnationis Domini MCXXIII. Pontificatus Domni Calixti secundi Papae V.

XXXV.

Confirmatio immunitatum omnium, ab Episcopis Baren, Monasterio omnium Sanctorum concessarum, cui Callistus PP. nonnulla alia elargitur privilegia.

Ex Urbell. Nat. Sac. tom. 7. ubi de Baren. Archiep. Arsbiepp.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Melo Abbati venerabili Monasterii, quod omnium Sanctorum dicitur in loco Cuti in Barenfi Suburbio, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Quamobrem, dilecte in Christo fili Mele Abbas. Omnium Sanctorum Monasterium, cui Deo auctore praesides, Apostolicae Sedis auctoritate munimus; omnes siquidem quietis, & libertatis provisiones, quas bonae recordationis Ursus, & Elias, Barenfis Ecclesiae Praefules, eidem Monasterio contulerant, & Dominus Praedecessor noster sanctae memoriae Paschalis Papa firmavit, nos quoque praesentis scripti paginam confirmamus, ut videlicet locus ipse cum rebus omnibus, ad eum iuste pertinentibus, a dominio, vel oppressione cujuslibet hominis liber debeat permanere: Nec ullus Ecclesiae Barenfis Antistes, aut alius, quod absit, temerarius, audeat eidem Cenobio excommunicationem inferre: neque personis aut rebus ejus, aliquo citra iustitiam modo, molestiam aut controversiam irrogare: Ordinationes autem Clericorum, & Ecclesiarum gratis, seposita pravitate & omni exactione, concedat: Missas sane illic publicas per Episcopum fieri praeter Abbatis & fratrum voluntatem omnimode prohibemus, ne in servorum Dei recessibus, popularibus occasio praebatur ulla conventibus: Obvante te, tunc ejus loci Abbate, vel

Quod Monast. ab Archiep. Baren. excommunicari, vel alio modo molestari non possit.

Quod Episc. sacris inibi operari nequeat, sine Abbatis consensu.

tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praepatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum: cui si qua gravior causa evenerit, libere liceat Apostolicae Sedis audientiam appellare. Ad haec adjucentes decernimus, ut quaecumque bona, vel per tuam industriam, vel per virorum fidelium oblationem, eidem loco parata sunt, aut in futurum praestante Deo iuste canonicèque parari contigerit, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant: Nec ulli omnino hominum liceat idem Cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eis, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio sistere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EGO CALIXTUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Datum Beneventi per manum Aymerici S. R. E. Diac. Card., & Cancellarii, II. Idus Septembris Indict. II. Incar. Dominicae MCXXIII. Pontificatus autem Domni Callisti II. PP. anno V.

XXXVI.

Confirmatio honorum & jurium omnium Cassinensis Monasterii, cujus Abbatibus nonnulla conceduntur privilegia.

Calixtus Episcopus, Servus Servorum Dei, reverendissimo & carissimo fratri Girardo Cassinensis Monasterii beati Benedicti Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Omnipotenti Deo, cujus melior est misericordia super vitas, gratias agimus, qui gloriosus in Sanctis suis, atque mirabilis, & virtutes suas ubicumque vult ineffabili bonitate ostendit. Ipse quippe dignationis suae potentia beatissimum Benedictum patrem omnium constituit Monachorum: ipse eum monasticae Legis latorem, & Operatorem esse disposuit: ipse illius meritis Cassinense Monasterium, in quo & sanctissime vixit, & gloriosissime obiit, omnibus per Occidentem Monasteriis clementi benignitate praefecit. Cujus profecto divinae bonitatis cooperatores existere Apostolicae Sedis auctoritas, & vestra circa Romanam Ecclesiam, semper, ac nostro potissimum tempore, fervens devo-

Quod Abbas non eligatur nisi a Monachis.

Quod bona, ad Monast. spectantia libera sint ab omni cuiusque personae molestia.

Solita clausula.

Dat. die 12. Septembris an. Domini 1123. Pontif. anno V.

Ex Originali in Ar. bib. edidit Gualtera Hist. Cassinens. fac. viii. pag. 33.

Proemium.

Bona Monasterii Cassinensis perpetua libertate frui, & sub iure foris Apost. Sedis fore decernit.

Confirmat eidemque describit.

devotio nos hortantur. Divinae igitur constitutionis propositum prosequentes, locum ipsum praecipua dilectione complectimur, & omnia, quae ad eam pertinent, quicquid semper, & ab omnium mortalium iugo libera sub solius sanctae Romanae Ecclesiae iure ac defensione perpetua permanere decernimus. In quibus haec propriis duximus nominibus adnotanda: In primis Monasterium Domini Salvatoris positum ad pedem Casini montis, Monasterium S. Dei Genitricis Virginis Mariae, quod vocatur Plumberola, Monasterium S. Mariae in Cingla, cellam S. Benedicti in Capua cum cellis & pertinentiis suis, S. Angeli ad formam, S. Joannis puellarum, S. Rufi, S. Benedicti Pizuli, S. Angeli ad Odaldiscos, S. Agathe in Averfa, S. Ceceliae & S. Demetrii in Neapoli, S. Sophiae in Benevento, S. Benedicti ad portam Rufini, S. Nicolai in Civitate Nova, S. Benedicti in Pantano, S. Nicolai in Petra Pulecina, S. Georgii in Fenucleo, S. Joannis in Turlecofo, S. Petri in Rossano, S. Angeli in Capraria, S. Januarii prope Beneventum, sancti Martini ibidem, S. Dionysii in Ponte, & sancti Anastasii, S. Mariae in Canneto juxta fluvium Trivium, S. Benedicti, S. Laurentii in Salerno, S. Mariae in Tremiti cum ipsis Insulis, S. Liberatoris in Marchia cum omnibus suis pertinentiis, S. Benedicti in Marfi, S. Mariae in Lucino, S. Cosmatis in Civitella, S. Angeli in Rarreo cum omnibus pertinentiis suis, S. Mariae ancillarum Dei in civitate Cosentina, S. Mariae in Branza, S. Petri de Lacu, S. Petri de Ovelano, S. Erasmi & S. Benedicti & S. Scholasticae in Cajeta, S. Magni in Fundis, S. Stephani & S. Benedicti & S. Agathe in Terracina, S. Petri in Foresta, S. Pauli ibidem, S. Mariae in Ponte-curvo, S. Angeli, S. Nicaneri, & S. Thomae in Troja, S. Eustasii in Pantatia, S. Benedicti in Larino, S. Benedicti in Pestinari, S. Mariae in Casale-plano, S. Illuminatae in castello Lemusano, S. Trinitatis & S. Georgii in Termula, S. Focati in Lesina cum fauce & piscaria, S. Benedicti in Afculo, S. Eustatii in Petra-abundanti, S. Eustatii in Vipera, S. Mariae in Baretano, S. Scholasticae in Pinnis, S. Salvatoris in Tave, S. Nicolai juxta fluvium Trutinum in Aprutium cum pertinentiis suis, S. Joannis ad Scutifonem, S. Benedicti in Trunto, S. Benedicti in Tesino fluvio, S. Appollinaris in Firmo, qui dicitur ad Opplanis, S. Mariae in Arboscla, S. Martini in Saline, S. Angeli in Marano, & SS. Septem fratrum, & S. Lautentii, S. Benedicti in Ripaurfa: In Comitatu Aquinensi cellam S. Gregorii, S. Mauriti, S. Pauli, sancti Constantii, S. Christofori, S. Nicolai, S. Mariae in Albaceta, S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Clia, S. Nazarii in Comino, S. Valentini, S. Martini, S. Urbani, S. Angeli, S. Pauli, S. Felicis, S. Salvatoris, S. Angeli in Valle-luci, S. Michaelis in Oliveto, S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Cannucio, S. Mariae in Berulis, S. Petri in Esclero, S. Lucia, & S. Petri in Coruli, S. Silvestri, S. Martini, & S. Luciae in Arpino, S. Mariae de castello Zopponis, S. Martini in pede Arcis, S. Benedicti in Colle de Insula, S. Mariae in Baruco, S. Nicolai in Turrice, S. Germani in Sora, S. Benedicti in Pafesano, S. Petri in Morinis, sancti Angeli in Pescocolanali, S. Patris in Formis, S. Angeli in Albe, sancti Erasmi in Pomperano, S. Mariae in Cellis,

S. Pastoris in civitate Tiburtina: In Venafro sancti Benedicti, S. Nazarii, S. Martini in ipsa Furca, curtem S. Mariae in Sala, S. Benedicti Pizuli, ibidem, S. Benedicti in Cesima, S. Benedicti in Sessa, & S. Leonis, curtem, quae dicitur Lauriana, S. Benedicti in Tiana cum pertinentiis suis, S. Mariae in Calvo, S. Nazarii in Anglona, S. Adjutoris & S. Benedicti in Alifa, S. Domini in Telesia, S. Martini in Vulturno, in Amalfi S. Crucis, & S. Nicolai, S. Crucis in Ifernina, S. Marci in Carpinone, S. Valentini in Ferentino, S. Angeli in Algido, S. Marci in Ceccano, S. Agathe in Tusculano, & S. Jerusalem, S. Benedicti in Albano: In Roma Monasterium S. Sebastiani in Palladio: In Luca cellam S. Georgii: In Territorio Pisanæ civitatis S. Silvestri, S. Salvatoris in Civitella: In Ducatu Spoletino S. Mariae in Calena, S. Benedicti in Trani, S. Benedicti in Baro, S. Petri Imperialis in Tarento: In Calabria cellam S. Anastasiae, S. Mariae in Tropea, S. Nicolai in Salectano, S. Bufemie in Marchia: In Comitatu Aretino Monasterium sancti Benedicti, & S. Benedicti in Crema: In Sardinia Insula Ecclesiae S. Mariae in Thirgo, S. Heliae in Monte-sancto, & S. Helisei, cum omnibus earum pertinentiis, S. Mariae de Sabucco, S. Mariae de Sorbalbo, S. Mariae de Tenece, sancti Petri de Trecingle, S. Nicolai, & sanctae Mariae in Solio cum pertinentiis earum, S. Nicolai de Talafa, S. Michaelis Ferrucii, S. Georgii in Ticello, S. Petri de Simbrano, S. Petri in Nurchi, S. Nicolai de Nugulbi, & S. Joannis, S. Heliae de Siti: Item civitatem, quae dicitur S. Germani, positam ad pedem Casini montis, castellum S. Petri, quod ab antichis dictum est Castrum-Casini, castellum S. Angeli, Plumberolam, Pignatarium, Pedem-montis, Juncturam, Castrum S. Ambrosii, S. Appollinaris, S. Georgii, Vallem frigidam, S. Andreae, Vantram Monasticam, Vantram Comitaleam, S. Stephani, Teramum, Fracta, Castrum-novum, Mortulam cum curte, quae dicitur Casa Fortini, Cucuratum, Caminum, Suium cum omnibus pertinentiis suis ex utraque parte fluminis, Turrem ad mare juxta fluvium Gareljanum, Castrum Pontificurvi, S. Petri in Flia, S. Victoris, Torroclum, Cervariam, sancti Heliae, Vallem-rotundam, Sarracinescum, Cardetum, Aquam-fundatam, Viticosum, Castrum Cetrarii cum pertinentiis suis & Ecclesiis, in Marchia Teatina castellum Lactinianum, Montem-albrici, Mucclam, sancti Quirici cum Portu, Frisam, S. Justam: In Comitatu Afculano castellum, quod dicitur Octavum, & post montem, Civianum, & Trivilianum, & Cavinum: In Principatu castellum Ripae-Ursae, Montem-bellum, Petra-fracta, in Comino Vicum-alyum, in Territorio Carfeolano castellum Auriculum, Piretum, Roccam-incameratam, Fofsam-ccccam: In Amalfi Fundicum, in Territorio Trojano Castellionem de Baroncello, S. Justam, villam S. Nicolai, quae de Galliciano dicitur; in monte S. Angeli Hospitale: In Territorio Capuano Qualdum de Liburia: In Comitatu Teanenfi curtem S. Felicis cum Ecclesia S. Ippoliti. Per praesentis quoque privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque in praesenti vestrum Cenobium iuste possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatio-